



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

lesu Christi Annus. M.DC.LXIV. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

ercitijs, vegetior & robustior omnibus
visâ, omnes singulari gaudio afficiebat,
vultu ipso cœlesti lætitiâ, & verecunda
hilaritate Divinitus suffuso: nec mirû:
aptius enim ad mortem parari non po-
terat Magdalena, quiq; in ipso sinu
DEI maturuerat fructus optimus, col-
ligi citius vix valuit, tamdiu siquidem
precibus totius Congregationis exter-
rita atque repulsa mors astu vincere,
astu & arcanis insidijs prædam deijce-
re, prædâ frui debuit. Prævijs morbo-
rum doloribus opus non erat, nec ege-
bat ipsa ad sacrificium, poenitiæ hos-
tia per totam vitam facta. Illud deni-
que lacris Virginibus præpropera mor-
te debuit, quæ morti ejusdem optimæ
Matris omni modo obtitissent, si mor-
ticipiam credidissent. Nihil igitur mo-
nitis, nihil suspicantibus crepta, est
Magdalena, Syderibus ipsis, & Ange-
lorum choris inferenda, &c. Corpus
loculo plumbeo inclusum, sua vili-
ssimumque exhalans odorem, multis sa-
ceratissimos pedes, in primis verò Illu-
strissimis Ducissis Vindocinensi (de
Vendosme) & Nemourensi (de Nemo-
urs) defunctæ proximis, devotè de oscu-
lanribus, persolutis prius sexcentis &
amplius, sacris Missarum solemnibus, il-
lusterrimo funere, terræ mandatum
est in Conventu Calvariæ S. Germani,
17. ejusdem mensis (Aprilis) ita nimi-
rum variant in die obitus & sepulturæ,
ut alter ad 25. & 27. reculit, ita hic obi-
tum ad diem 15. sepulturam ad 17.
Aprilis referant de qua re diligentius
inquirendum.

*Hostia per-
missis Nu-
mini fuit.*

*Sepulta in
Calvaria
Monasterio
S. Germani.*

Excedit hoc ipso anno 1663. ad R. E-
DIVIVI in se Sanctissimi Patris sui B E-
N E D I C T I amplexus delicatissimæ in
omni puritate Virginitatis immacula-
tissima Christi Sponsa Ven. Elisabetha
Tripedi Conversa Soror Ciminæ in Si-
cilia admirabili vitæ sanctitate fulgi-
dissima, & miraculis clara. Cujus vitæ
typis impressam necdū videre merui-
mus. R. P. D. Casimirus Polonus Asceta
S. Pauli Rom. Ipso quoque anno in
eodem Regno Sicilia ad supera accer-
situr 20. Julij Venerabilis Agatha Vol-
ti Monialis Ordinis S. P. N. B E N E D I-
C T I in Monasterio Charitatis Bivonæ,
opinione & famâ Sanctitatis celebra-
rissima, cujus similiter gesta inhiantissi-
mè expectamus.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . L X T V .
Sancti Patris Benedicti . M . C . L X X X I V .

E Vocat ad palatia supera & æternâ
gloriam hoc anno Numen optu-
mum Sanctæ memoriæ Abbaté Aloy-
sium Carassam Fabricij Andriæ Ducis
filium S. Severini Neapolitani Cænobij
professum, Abbatem Cassinensem, illu-
strissimum sanè Italiae & B E N E D I-
C T I Ordinis sydus, exemplar absolu-
tissimæ perfectionis, & Virtutū omniū,
cum transitus sui diem disertè prædi-
xisset, & biduo ante in Ecclesiam se de-
portari curasset, & auditio summa cum
devotione sacro, SS. Synaxi per modū
Viatici refectus esset, ipsa die lethali
correptus paroxismo, in quo ad supre-
mum usque anhelitum sedens in sella
clausis semper oculis mansit, donec ijs-
dem aperitis, ijsque ad Cœlū versis bea-
tam animam efflavit circa meridiem,
die 18. Novembris anno ætatis 76. in-
credibili non solum suorum luctu, sed
totius Urbis Neapolitanæ, quæ in ipso
insignia conspexit exempla sanctitatis.
Fuit stupendum hoc in oculis omnium
præsentium miraculum, cum ex more
cadaver ejus lavaretur, fuisset se ma-
nibus, in partibus verecundis cooperu-
isse; sed & post horas triginta octo in
feretro expositum, totum molle & fle-
xile sudasse in fronte, atque multoties,
purpureum ex brachijs & pedibus san-
guinem emisisse. Claruit insignibus tã
in vita quàm post mortem miraculis,
quæ inter memorabile illud: quod quidam
phrenesi laborans, & tantopere
furiosus, ut suas ipse carnes voraret, &
laniaret, cum jam novem menses, mi-
serabile spectaculū condolentibus fuisset,
solis floribus, quibus sacrum funus
obtectum erat, vitæ quam manducan-
dam sumpserat commixtis, & absump-
tis, integræ menti restitueretur. Fuit
ut Vitæ scriptor oculatus refert; totus
contemplativus, charitativus, silentarius,
piissimus, humilimus, solitarius, Prophetæ,
contemptor omnium rerum secularium, in
morisficandis suis sensibus singularare exem-
plar, in tolerandis infirmitatibus quasi in-
sensibilis, dum Medicorum atque Chyrur-
gorum opera secaretur, nec minimum qui-
dem suspirium seu gemitum edere auditus,
& hoc quidem toto vitæ suæ tempore. Tan-
tæ autem abstinentiæ fuit deditus, ut
per plurimos annos, solis leguminibus
& herbis vesceretur. Deiparam singu-
lari

*Ven. Aloy-
sij Caraf.
sa.*

lari studio veneratus, cum in sacra quadam eius solemnitate, ad aram miraculosa ejusdem imaginis devotissime cantaret, visa ab universo populo, Deiparæ radijs cœlestibus circumfusa attonitis omnibus, & admiranda contritionis gratia concitatis. *De quo Vita Author typis Neapoli editus legendus.*

Extinguitur hoc eodem anno rutilum Hispaniarum Jubar Illustrissimus & Reverendissimus P. F. Gregorius Parcero Monasterij Sancti Martini Compostellæ Professus, & Abbas ejusdem meritissimus, cuiq; omni Virtute non minus excelleret, quam summa eruditione, Generalis Ordinis præses per Hispanias constitutus, Eidem laudabilissime & sanctissime præstitit, multo nomine omni aternitate commendatus. Demum ad Episcopatus Gyronæ ac Tortosæ, celeberrimum in Catalaunia urbium effectus, miraculum Episcopi extitit, ab omni proprii corporis cura alienus, lucris & bono suarum ovicularum intentus, juratæ in omnibus paupertati deditus & devotus, liberalis pauperibus, ipse pauper mortuus, ut aternis thesauris tanto copiosius bearetur. Cum hoc tanto viro contrahimus vela, ut qui monita sapientis attendamus: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam*, etsi non meminisse etiamnum superstitum non possumus, quorum in oculis mundi Virtus est, & hæc in communi omnium plausu procul ab omni complacentiæ propria titillatione. Et memoranda nunc millia quovis anno essent, nisi sancta tantorum virorum erubescencia prohiberet. Certe Generalium tota Italia, Gallia, Hispania Præsidi, talis vita, talis vitæ excellentia, ut nihil in his desideres, quàm miracula, quæ in Antecessoribus proximis vidimus, & nunc defore nullo modo eredi-mus, sed de industria sancta occultari. Et quotus quisque Abbatum superæ inferæque Germania, tanto numero Cœnobiorum, non est è lectissimis Religiosorum cœtibus lectissimus? Obtupesco totus, recogitans, quot quantosque viderim ipse, quin & in plurimorum penitus actiones penetrarim, quibus plane deesse ad sanctitatem nihil animadverterim, quàm inquisitionem solemniorem & Canonizationem. Et quæ non hoc ipso tempore in Gallia, Burgundia, Lotharingia, quorum ipse

Gregorius Parcero Episc. Citona & Tortosæ.

Generales Præsides quanti? nostra aitate.

anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto ipse quoque oculatus testis, & spectator fui, exempla & exemplaria omnis perfectionis & sanctitatis. Placet, absque ullo, assentationis furo & fumo, absque ulla vitæ & meritorum in speciali descriptione, sola Superiorum nomina, eo ipso quod ex numero tot electorum lectissimi sint, recensere, ut juxta appareat Cœnobiorum numerus, in tam rigidam, & inimicæ carni reformatione inscriptorum, ut in his omnibus, sera etiã posteritas **BENEDICTUM** agnoscat, & celebret **REDIVIVUM**.

lectissimi quis Reformationis Superiorum.

In nomine Domini nostri IESU Christi. Amen.

Anno à Nativitate ejusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo quinto. In Capitulo Generali Congregationis Sanctorum Vitoni & Hydulphi Ordinis Sancti **BENEDICTI** in Monasterio S. Michaelis celebrato, electi sunt in Superiores dictæ Congregationis & Monasteriorum qui sequuntur.

Præsidents Regimini

Reverendus Pater Dominus Arsenius Mathelin.

VISITATORES:

Reverendus Pater Dominus Antonius de Lescalle.

Reverendus Pater Dominus Bernardinus Richardot.

Reverendus Pater Dominus Amandus Tribut.

SUPERIORES:

R. P. D. Jæneus Paradis, S. Vitoni in Campania Gallica

R. P. D. Rodingus Chapet, in S. Hydulphi Lotharingiæ.

R. P. D. Matthæus Galliot, in S. Michaelis Lotharingiæ.

R. P. D. Clemens Dulot, in S. Martini de Glanderijs Lotharingiæ.

R. P. D. Franciscus Castellan, in S. Naboris Lotharingiæ.

R. P. D. Philippus Daucourt, in S. Mansueti Lotharingiæ.

R. P. D. Petrus Ringo, in Monasterio S. Mauritiij de Bello Loco in Gallia.

R. P. D. Cœlestinus Saulnier, in Monasterio S. Vincentij Bizuntini.

R. P. D. Placidus Beuvillon, in Monasterio S. Agerici Gallia.

R. P. D. Anronius le Beque, in Monasterio S. Apri Lotharingiæ.

R. P. D. Joachimus Vivin, in Monasterio S. Crucis de Bozonvilla Lotharingiæ.

R. P. D. Rupertus Caillier, in Monasterio S. Nicolai de Portu, Lotharingiæ.

R. P. D. Odilo

Priorum sive Superiorum SS. Vitoni & Hydulphi Catalogum.

Odilo Bebin, in S. MARIAE de Faverno Burgundiae.
 Bartholomaeus Claudon, in S. Petri Senonensis Lotharingiae.
 Arsenius Mathelin, in S. Arnulphi Metensis Galliae.
 Hilarion de Bar, in S. Crucis Nanceiano Lotharingiae.
 Anselmus Vatrombois, in S. MARIAE de Brolio Lotharingiae.
 Eligius Lescuier, in S. MARIAE de Morimonte Galliae.
 Martinus Rethelois, in S. Petri Cathalaunensis in Gallia,
 Bonifacius Pisteaux, in S. Petri de Jouha Burgundiae.
 Athanasius Millor, in S. MARIAE Montis Rolandi Burgundiae.
 Joachimus Le Roy, in S. Romarici de Sancto Monte Lotharingiae.
 Hubertus Finor, in S. Clodulphi de Layo Lotharingiae.
 Petrus Deserochez, in S. Clementis Urbis Metensis in Gallia.
 Columbanus Boban, in S. MARIAE de Vallibus Burgundiae.
 Gerardus Richardor, in S. Hieronymi de Dola, Burgundiae.
 Bernardinus Richardot, in S. Petri Luxoviensis in Burgundia.
 Placidus Pannier, in S. MARIAE de Castro in Burgundia.
 Alphonfus Bardin, in S. Symphoriani Metensis in Gallia.
 Robertus Desgabetz, in S. MARIAE Mozomenis in Gallica Campania.
 Hieronymus Coqlin, in S. Petri Mortuacensi in Burgundia.
 Odilo Viart, in S. Petri Altivillariensis in Campania.
 Hyacinthus Collot, in S. MARIAE de Noveio in Campania.
 Romanus Arnould, in S. Vincentij Metensis in Gallia.
 Philippus Platel, in S. Firmini de Flaviniaco Lotharingiae.
 Benedictus Rohelier, in S. Desiderati Ledonensis Burgundiae.
 Bernardinus Rollet, in S. Petri de Alta Petra Burgundiae.
 Philibertus Boulanger, in S. Urbani in Campania Gallica.
 Albericus Sourlet, in S. Petri Aremarensis in Gallia.
 Medardus Giller, in S. Petri Pultariensis Galliae Campanicae.
 Auffanus Thomas, in S. Petri Cellensis in Campania Gallica.
 Augustinus Millor, in S. Servuli de Moreio Burgundiae.
 Antonius de Lescalle in Monasterio S. Gregorij Monasteriensis Alfatiae.
 Amandus Tribut, in S. MARIAE Deruensis Campaniae Gallicae.

R. P. D.

Ludovicus Pagant, in S. Michaelis de Titrachia in Gallijs.
 Gregorius Grenier, in S. MARIAE de Nigella in Campania Gallica.
 Alexius D' Aras, in S. Aygulphi in Campania Gallica.

Relinquitur auter Regimini Dispositio Prioratum S. Pancratij de Fontanis in Burgundia, & Sanctorum Innocentium de Roserijs in Lotharingia, S. Petri de Castineto in Lotharingia, & S. Bernardi de Ponte S. Vincentij in Lotharingia.

PROCURATORES GENERALES

R. P. D. Bonifacius Perenne, in Curia Parisiensi.

R. P. D. Antonius Millet, in Curia Metensi.

R. P. D. Henricus de Fouchieres, in Curia Dolana.

Anno praemisso die 28. mensis Aprilis in Capitulo praefati Monasterij in praesentia RR. Patrum de Capitulo, & Religiosorum praedicti loci, haec lecta & publicata fuerunt, praesentibus honestis Viris Claudio Petre Mengin, & Joanne Forgiot Civibus Sammiellanis ad praemissa vocatis & rogatis.

De Mandato Capituli

D. Placidus Besevillon Scriba Capituli.

Placet etiam similem Dispositionem Sanctissimae Congregationis Divi Mauri in Gallijs adijcere, ut ex hac ipsa & nomina tantorum virorum suspicias, & numerum compures tam strictae Reformationis tot Monasteriorum.

In nomine Domini Nostri IESU Christi,
 Amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio, vigesima mensis Maij, in Capitulo Generali Monachorum Congregationis S. Mauri in Francia, Ordinis Sancti BENEDECTI in Monasterio S. BENEDECTI Floriacensis celebrato; Canonice electi sunt in Superiores Congregationis & Monasteriorum, qui sequuntur.

SUPERIOR GENERALIS CONGREGATIONIS.

Reverendus Pater Dominus Bernardus Audebert.

VISITATORES PROVINCIARUM.

Ducatus Burgundiae Gallicae R. P. D. Gregorius Vertamont.

Franciae R. P. D. Placidus Chouquet.

Normaniae R. P. D. Albertus Marchand.

Casalis Benedicti R. P. D. Mommolus Geofroy.

Britanniae R. P. D. Joachimus le Contat.

Tholosanae R. P. D. Claudius Boitard.

Supp-

SUPERIORES MONASTERIORUM.

1. R. P. D. Iosephus Seguin, Abbas S. Augustini Lemovicensis.
2. R. P. D. Andreas Liabeuf, Administrator S. Juniani Nobiliacensis.
3. R. P. D. Franciscus Villemonteis, Prior S. Faronis in Urbe Meldensi.
4. Vincentius Marfolles, Prior S. Petri Gemmericensis.
5. Nicolaus Vallee, Prior B. MARIE Alborum Mantellorum.
6. Sylvester Petrecyor, Prior S. Petri Corbeiensis.
7. Stephanus Roulleau, Prior S. Petri Solemniacensis.
8. Benedictus Jumillac, Prior Claustralis S. Fiacrij in Bria.
9. Franciscus Aubert, Prior Sanctissime Trinitatis Vindocinensis.
10. Matthæus Mazillier, Administrator S. Quintini de Monte.
11. Arsenius Mancel, Prior S. Michaelis in Periculo maris.
12. Germanus Ferrand, Prior S. Joannis Angeriocensis.
13. Matthæus Solabel, Prior S. Sabini Tarbeyensis.
14. Anselmus LaRoque, Prior Claustralis S. Clementis de Credonio.
15. R. P. D. Robertus Hardy, Prior Beatæ V. Mariæ de Becco.
16. R. P. D. Philippus Cadeau, Prior Claustralis B. Mariæ de Bono-Nuntio.
17. R. P. D. Claudius Bretraigne, Prior S. Cornelij Compendiensis.
18. Marcus Bastide, Prior S. Remigij Rhemensis.
19. Leander Anez, Prior Claustralis S. Mariæ Deauratæ.
20. Agathangelus Collor, Prior S. P. N. BENEDICTI Floriacensis.
21. Petrus Beziat, Prior Sanctæ Crucis Burdigalensis.
22. Leo Dolorent, Prior S. Laudomari Blesensis.
23. Philippus Le Roy, Prior S. Melanij Rhedonensis.
24. Julianus Nermand, Prior S. Theodorici prope Rhemos.
25. Guillelmus de Rieux, Prior Claustralis S. Maglorij de Lehonio.
26. Victor Marechal, Prior S. Salvatoris de Rothono.
27. Basilius de S. Germain, Prior B. Mariæ de Bernayo.
28. Germanus Bacquelin, Prior Claustralis S. Petri de Regula.
29. Joan. Bapt. Godefroy, Prior sancti Ebulfi.
30. Claudius Martin, Prior sanctorum Sergij & Bacchi Martyrum.
31. Gabriel Ezemar, Administrator S. Aniani Tomeriarum.

Congregatio S. Mauri Priores & Superiores.

32. Nicolaus Audineau, Administrator SS. Trinitatis de Tyrocinio.
33. Anselmus Clere, Prior S. Germani Altissiodorensis.
34. Ambrosius Fregeat, Prior Claustralis S. Petri Mauriacensis.
35. Bonifacius Letam, Prior S. Petri de Burgolio.
36. Polycarpus Tronque, Administrator S. Petri de Conchis.
37. Ignatius Philbert, Prior S. Germani dePratis.
38. Machael Garonne, Prior sanctorum Gervasij & Protasij deAxijs.
39. Lucianus Frion, Prior Beatæ Mariæ de Pontelevio.
40. Placidus Raiteau, Prior S. Petri Ferrariensis.
41. Albertus de Maubrevil, Prior S. Eligij Noviomensis.
42. Gregorius Bodin, Administrator S. Salvatoris de Aquaria.
43. Joannes Harel, Prior S. Dionysij in Francia.
44. Antonius Sauy, Prior S. Maxentij Piclavienfis.
45. Philippus Bastide, Prior S. Nicasij Rhemensis.
46. Theodorus Richer, Administrator S. Salvatoris Aniane.
47. R. P. D. Matthæus Jovavault, Prior S. Wandregisili.
48. R. P. D. Lucianus Lescuier, Prior S. Joannis Reomensis.
49. Claudius Salestes, Prior S. Andree Avenionensis.
50. Placidus Hamelin, Prior S. Petri Brantolmiensis.
51. Hugo Mathoud, Prior S. Columbe Senonensis.
52. Anselmus de Rousseaux, Abbas S. Vincentij Cenomanensis.
53. Bernardus Hamelin, Abbas sancti Martini Sagienfis.
54. Germanus Claucau, Abbas sancti Sulpitij Bituricensis.
55. Sylvester Morel, Abbas sancti Jllidij Claromontensis.
56. Ludovicus Janet, Abbas Casalis S. BENEDICTI.
57. Renuus Roquet, Administrator S. Wingalogi de Landeveneco.
58. Maiolus Haion, Prior Majoris Monasterij.
59. Michael des Fosses, Administrator sancti Juliani Turonensis.
60. Joan. Bapt. Mouly, Prior sancti Medardi Sueffionensis.
61. Robertus Diee, Prior sancti Florentij Salmurienfis.
62. Hieronymus Chantrevil, Prior S. Florentij Veteris.
63. Thimotheus Villatel, Prior Beatæ MARIE de Rupe forti.
- R 1 2

64.	Roricus Gotereau, Superior Fratru nostroru in Monast. Calensi.	96.	Anselmus Didier, Prior S. Leonardi Corbiniacensis.
65.	Joannes Villattel, Prior sancti Petri Montis Majoris.	97.	Ambrosius Faucher, Prior S. Petri de Curte seu de Manso Gar.
66.	Innocentius Bonnefoy, Administrator B. Mariæ de Ebronio.	68.	Sebastianus Dubusc. Prior sancti Florentij Bonæ Vallis.
67.	Bruno Valles, Prior sancti Roberti Casæ Dei.	99.	Robertus Berault, Prior sanctæ Mariæ de Ambourmay.
68.	Jsidorus Gueulvy, Prior sancti Petri Latiniacensis.	100.	Laurentius Chauvin, Prior sancti Gildasij de Nemore.
69.	Laurentius Hunault, Prior sancti Taurini Ebroicensis.	101.	R. P. Superior Gen. Monasterio S. Nicolai de Kiblemont, providebit.
70.	Fursus Clement, Prior B. Mariæ Virginis de Chalma.	102.	Petrus Pontelier, Prior sancti Severi de Rustaing.
71.	Jldephontus Cleré, Administrator S. Mariae Vug. de Lantenaco.	103.	Simeon Maubaillard, Prior Claustralis S. Nicaïij de Neulento.
72.	Monasterio B. M. V. de Troncheto providebit R. P. Superior Gen.	104.	Jacobus Jollys, Prior sancti Jacuti.
73.	Placidus du Verger, Prior Beatæ Mariæ de S. rocino.	105.	Carolus Tiboult, Prior sancti Fusciani de Nemore.
74.	Gaspardus Mart net, Administrator S. Vincentij Laudunensis.	106.	Jacobus Remy, Prior Beatæ Mariæ de Columbis.
75.	Adrianns de Rely, Administrator sancti Sabini Pictaviensis.	107.	Placidus Roussel, Prior sanctissimæ Trinitatis Fiscanensis.
76.	Ludovicus Seroux, Prior sancti Basoli.	108.	Benedictus Bugnie, Prior sancti Petri Carnutenis.
77.	Nicolaus de la Selle, Prior sancti Vallarici.	109.	Claudius Hemin, Prior sancti Petri de Pratellis.
78.	Christophorus Tachon, Administrator S. Guillelmi de Deserto.	110.	Joannes Queville, Prior sancti Joannis Montis Olivi.
79.	Josephus des Ormes, Prior sancti Petri Vivi Senonensis.	111.	Stephanus Demonts, Prior sancti Gildasij Ruyensis.
80.	Hugo Coleon, Prior sancti Petri Flaviniacensis.	112.	Sylvestre Peric, Prior sancti Benigni Divionensis.
81.	Franciscus Girod, Prior sancti Severi, in Capite Vasconæ.	113.	Damianus Raulin, Prior sancti Petri de Meloduno.
82.	Antonius le Fort, Prior B. Mariæ de Bretoio.	114.	Timotheus Bourgeois, Prior sancti Martini Eduensis.
83.	Fabianus Bureux, Prior B. Mariæ de Josaphat.	115.	Antonius Lucet, Prior sancti Martini Pontisarenensis.
84.	Augustinus de Prades, Prior sancti Cypriani Pictaviensis.	116.	Germanus Friville, Prior sancti Jovini de Marnis.
85.	Jacobus Baldic, Administrator S. Tyberij.	117.	Bernardus Rouffarie, Prior Claustralis sanctæ Liberatæ.
86.	Carolus Aubourg, Administrator sancti Geremati Flaviacensis.	118.	Nicolaus Marcilhae, Prior sancti Maurini.
87.	Sebastianus Christian, Prior Beatæ Mariæ de Lyra.	119.	Hilarius Pellier, Prior sancti Matthæi in Finibus terræ.
88.	Xistus Monfmer, Prior Claustralis sancti Porciani.	120.	R. P. Superior Gen. Monasterio S. Michaelis de Angelis providebit.
89.	Victor Cotttron, Prior B. Mariæ de Nogento.	121.	Placidus Chassinat, Prior sancti Petri de Cultura.
90.	Robertus Berthier, Prior sancti Crispini Majoris Suesionensis.	122.	Superior Gen. Monasterio S. Roberti de Cornilione providebit.
91.	Medardus Linotte, Prior Claustralis B. Mariæ de Argentolio.	123.	Waldericus Pareit, Prior Claustralis sancti Vigoris Baiocensis.
92.	Julianus de Radigueau, Prior B. Mariæ de Tuffeyo.	124.	Stephanus Loslin, Administrator Beatæ Mariæ de Lonieyo.
93.	Paulus Oliver, Prior sancti Joannis Laudunensis.	125.	Fabianus Cuy, Administrator B. Mariæ de Nucerijs.
94.	Franciscus Cheurier, Prior Beatæ Mariæ Molismensis.	126.	Fulgentius de Chabanes, Prior Monasterij S. Carilephi.
95.	Claudius du Barrien, Prior sancti Sequani.	127.	Marcus Rivard, Prior Monasterij S. Georgij.

Monasteria & superiores Congreg. S. Mauri.

Superior Congreg. S. Mauri.

Joan.

- Priorum & Superiorum Congreg. S. Mauri Catalogus.
- 128. Joan. Bapt. de Boulogne, Prior Monasterij s. Richarii.
 - 129. Josephus la Rocque, Prior Beatæ Mariæ de soliac.
 - 130. Benedictus Coquelin, Prior sancti Michaelis de Ulteriori Portu.
 - 131. Michael Geoffroy, Prior Beatæ Mariæ sylvæ Majoris.
 - 132. Augustinus Ballehastre, Prior s. Petri Resbacensis.
 - 133. Victor Texier, Prior sancti Audomari Rotomagensis.
 - 134. Gerardus Pinet, Prior sancti Albini Andegavensis.
 - 135. Franciscus Monclar, Administrator sancti Petri Caziacensis.
 - 136. Franciscus Hodeau, Administrator s. Petri Cabilonensis,

Monasterijs sequentibus :

- 137. Beatæ Mariæ de Bello Monte.
- 138. Monasterio de Bono Nuncio Belluacensi.
- 139. Monasterio sancti Petri Bezuensis.
- 140. Monasterio s. Petri de Cormeriac.
- 141. Monasterio s. Martini de Villa Magna.
- 142. Monasterio Beatæ Mariæ de Monachia Narbonensi.
- 143. Monasterio sancti Petri de Bello Loco, & denique
- 144. Monasterio sancti Ulmari Abbatis, &c. Providebit R. P. Superior Generalis.

Procurator Generalis in Curia Romana
R. P. D. Gabriel Flambari.

Depositarius Congregationis
D. Jacobus Sudviraud.

Depositarius Monasteriorum
D. Ludovicus Boudar.

Celebrabitur Capitulum Generale proximim in Monasterio Sancti BENEDICTI Floriacensi agno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto Feria V. post Dominicam quartam post Pascha.

Hæc acta; & publicata sunt per me Fr. Joachimum le Contrat Definitorem Capituli Generalis, vi Privilegiorum nostræ Congregationis in hac parte Notarium Apostolicum in loco consueto Monasterio S. BENEDICTI Floriacensis, coram omnibus Patribus de eodem Capitulo, ad campanæ signum simul congregatis & adunatis. In quorum fidem tres antiquiores Professione Capituli, non Definitores, scilicet Dominus Placidus Roussel, Dominus Gregorius Verthamont, Dominus Joan. Baptista Mauly, mecum in Libro Originali subsignarunt, anno ab Incarnatione millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio die vigesima Maij.

Collatum iuxta Originale.

De mandato Capituli Generalis, & De mandato R. P. Superioris Generalis.

Ecce quot nomina Cænobiorum, tot monimenta & Trophæa magnorū de Mundo carne & cacodæmone triumphorum: quot virorum memoriā habes, tot luminaria nitidissima Ordinis amplissimarum Casinat, Monserratenfis, Cluniacensium & Cisterciensium, Camaldulensium, Fuliensium, Bursfeldensium Congregationum Asceteria, Præsides Generales, Abbates omnes & singulos recensere attentarem, & neminem supra meritum, omnes & quemque obiter & pro rei exigentia celebrare satagerem, certè in me onus supra vires exciperem, & vix ordiendo, finem desperare cogerer, etsi materia laudandi nunquam defutura esset.

Ex supradictis præterire non possumus, longi itineris per Burgundiam & Lotharingiam Comitem ac Ducem admodum Reverendum Patrem ac Dominum P. Antonium de Lescale Congregationis tunc Visitatorem, biennio post mortuum, virum illustrissimo Genere ortum, sed Virtutum splendore longè illustrissimum, in quo revera intueri quotidie, & in omni actione mihi visus sum, BENEDICTUM revera REDIVIVUM; Monachum Angelum, haud immerito à tota sanctissima Congregatione magni factum; Zelotem Ordinis ferventissimum, deque eodem meritissimum; qui frequentibus aliàs Atteris, & ultimis paulo ante felicissimū vitæ terminum, varias mihi pro BENEDICTO REDIVIVO conquirere & communicare symbolas solitus, in postremis, id vel maximè celebrare, & commendare in facie Christiani Orbis voluit, quod novissima hæc & præcipiti ætate nostra, Deus Opt. Max. ex singulari suæ Divinæ providentiæ Dispositione, post tantum duodecim jam sæculorum decursum Sanctissimi Patris & Patriarchæ honori consulens, tanto ante ab Ipso primum, contra Cacodæmonū insultus adinventæ & inscriptæ numismata (S. BENEDICTI hodie vocamus) de novo, tamdiu latentia in tium introduxerit & prodigiosissimis signis commendaverit, ita ut contra veneficia, & incantationes quascunque jam passim tora Europa certatim expecterentur, & ad collum etiam à potentissimis Regibus ex auro confecta, ac dein consueta benedictione sacrata, appenderentur, maximo inde fructu

Digna certitate tantorum virorum virtutes.

V. Antonius de Lescale.

S. P. N. Benedicti Numismatum Virtutes.

*Antonius
noster exo-
rat ipsa die
& hora
Crucifixi
Iesu mori
& impo-
travit.*

*Bernardus
de Ontibe-
ris Gene-
ralis per
Hisp.*

*Hi Episco-
pus Cali-
guriensis.*

*Benedictus
de Rivas
Episcopus
de Porto
Liceo.*

*Ildephonsus
de Aguayo
Episcopus
Cajetanus.*

in Ecclesia Dei consequente. Fuit Antonio huic nostro in Votis præcipuum, quoddamque ardentibus semper precibus in vita sua à Numine contendit: ut in die & feria sexta Parasceves, ipsa etiã horã, quã Christus Amor suus Crucifixus, mori mereretur, id ipsum per omnia assequutum, iisdemque & die & hora sanctam efflasse animam, ab ipsius Reverendissimo Domino Abbate Carolo Vallis Gregorianæ Monasteriensi per litteras sum edoctus, qui & sanctissimum vitam ejus exitum, prolixius celebravit. Vita excessit sub hoc ipsum ferè tempus Reverendissimus & Illustrissimus P. F. Bernardus de Ontiberos, professus Monasterij S. Dominici de Silos postea Abbas in Collegio S. Vincentij in civitate Oværensi, Præsul incomparabili virtute, & eruditione præstantissimus, & ob has ipsas Generalis Ordinis per Hispanias electus, idem de celo, Deiparã & hanc solidè amanti- bus univèrsis meritissimus, *primarius*, nimirum, *Consiliarius Regis, in puncto Conceptionis Beatissima Virginis*. Hic denique creatus pro meritis Episcopus Caliguriensis in Regno Castellæ ad ripã Ebrri fluminis, speculum Veri Pastoris extitit, suis omnia comoda, lucris ovicularum posthabentis, inque tanti Ordinis gradu summa & sancta in paupertate moravit. Sequutus paulo post, eandem communem mortalibus viam ingressus Reverendissimus & Illustrissimus P. F. Benedictus de Rivas, Professus Monasterij S. Petri de Caradina, olim de Rege & Regia Aula meritissimus, Concionator Regius, mira oris & Vitæ perfectioris gratia, in animos auditorũ potentissimus; demum Episcopus de porto Rico in Indijs creatus, & ipse S. paupertatis studiosissimus, in terra aurea ipse pauper decessit, ut æternis opibus bearetur.

Sed parcere nunc juvat verecundæ fronti, auribus laudum intolerantibus, memorandarum nihilominus, pro ipso in quo constituti sunt gradu, & in oculis omnium super candelabrũ positi occultari non possunt, imo expositi ut luceat lux eorundem coram hominibus, è quibus paucos, de quibus audire contigit, ex nomine saltè recensere conabimur. Ex his Florentissimi etiamnum suis consulunt Ecclesijs: Ildephonsus de Aguayo, professus Mona-

sterij Saguntini (Sancti BENEDICTI de Sahagun) & ejusdem loci meritissimus Abbas, deinde sanctissimæ Congregationis in Romana curia Procurator Generalis, nunc Episcopus celeberrimi portus & urbis Cajetæ in Campania, quocum Episcopatu uniti sunt, teste Baronio, Formianus & Minturensis, subditis egregio sanctioris vitæ exemplo præest, magnis, nisi mortalis etiamnum esset, laudibus celebrandus.

Nec minus Elogio dignus, decantatissimus olim futurus Illustrissimus & Reverendissimus P. F. Joannes de Espinosa ex Monacho & Abbate, celeberrimi illius Sanctorum Promptuarij, Coelorum Augustæ Residentiæ & Domus Regiæ Montis Serrati Totius Congregationis meritissimus Generalis & speculũ perfectionis, inde Episcopus Urgellensis, ac demum Archiepiscopus Tarraconensis in Catalonia; cui suffraganeæ hodie sedes sunt, Dertusa, Jlerda, Barcino, Vicus sive Ausona, Gerunda, Urgella, Helena sive Elna & Colsona, quem virum univèrsa Hispania suspicit ac veneratur. Nec minus eminentem dignitatem mereretur, si ejus pateretur modestia, Illustrissimus & Reverendissimus Pater ac Dominus Josephus Sonier ex Monacho Congregationis nostræ sanctissimè Reformatorum Divi Vitoni & Hydulphi Abbas Sancti Vincentij Bisuntini sive Vefontionensis, Episcopus Andreavillensis Celsissimi Principis Archiepiscopi Suffraganeus, quem coram, anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, venerari & affari meruimus, jam tunc triginta quinque annos in Abbatiali, viginti quinque in Episcopali agentem dignitate, Præsulem, cujus tota recordatio animũ recreet, & ad sanctiora excitet, singulare prorsus Reformationis illius, & totius Ordinis ornamentum. Sic floret hodierna die, nec Dioecesi solum consulit suæ, sed Orbi univèrso, & omni posteritati conditis, & condendis deinceps dignis omni æternitate subtilissimi ingenij monumentis, Illustrissimus & Reverendissimus P. F. Didacus de Sylva ex Asceta S. Joannis de Burgos, loci in primis ejusdem, deinde ad S. Martinum Madriti, Abbas, tum Generalis totius per Hispanias Ordinis. Tandem Episcopus Guadignensis, Vir per omnia, vitæ integerrimæ san-

*Joannes de
Espinosa
Episcopus
Urgellensis.*

*Demum
Archiepiscopus
Tarraconensis.*

*Joseph. Sonier
Episcopus
Andreavillensis.*

*Didacus de
Sylva Episcopus
Guadignensis.*

sanctissimo exemplo, & incomparabili eruditione, magnus, cujus alia inter opera extant in Primam Doctoris Angelici, & quotidie plura expectantur.

Et quale non quantumque produnt orbi univervo scripta eruditissima omnique dignissima admiratione Joannē Caramuelē nostrum de Lobkowitz, ex Abbate Montis Serrati Viennensis Episcopū Campanensem, qui hodie in Apulia cum summa laude agit Archiepiscopum Otrantinum?

Ejus in Abbatia successor Reverendissimus & Illustrissimus P. D Antonius de Soro Major, Professor S. Salvatoris de Cella Nova, electus Episcopus Samandriensis in Ungaria, cui plurimum debemus, utpote non pauca rerū Ordinis per Hispanias gestarū comunicanti.

Floret hoc ipso tempore Franciscus Rice Apostolici zeli Præful, Montferratensis & ipse Congregationis [de Sede non constat nobis] Indiarum Episcopus, sed & Dominus Iudephonus Garcia Placentini in Hispania Episcopus Suffraganeus.

Reverendissimus item Ignatius sive Eneco de Arroyo, Montis Serrati professor in Hispania, & Montferratensis prope Viennam Austriae aliquamdiu Prior, inde in Hispanias revocatus, creatusque Abbas S. Adriani in Regno Arragoniæ, tū S. Victoriani in eodem Regno, ac demum Sassaritanus in Sardinia (vulgo de Sazer) Archiepiscopus, Præful eximius.

Dumque hæc scribimus edocemur, paulo ante memoratum, Joannem d'Espinosa Tarraconensem Archipræsulem anno 1669. superstitem, mortalitatem exutum successorem habere Illustrissimum & Reverendissimum Joannem Emmanuelem, ex eodem Deiparentis Montferratensis gremio, in quo & professum & Abbatem egerat, meritissimum aliquamdiu Ordinis Generalis, Urgellensem deinceps post Joannem dictum, sive Urgelitanum Episcopum, nunc vero à morte Ejusdē Archiepiscopum Tarraconensem. Ut nihil nunc de Sacræ Cisterciensis Reformationis, & Familiæ nostræ Præsulis, quos ex nomine recensere nequimus, memoremus, manifestum utique argumento, resuscitatum etiam postrema ætate in Ordine passim nostro Primævum Benedictinum Spiritum; imo in suis passim sese prodere BENEDICTUM REDIVIVUM, inque Cisterciensibus no-

stris unū pro millibus sufficientissimū se sistere, inque ipso reapse BONA omnia se repræsentare, ut haud immerito non tam Joannes BONUS quam BONA cognominetur. Abbas nuper extitit Congregationis Reform. S. Bernardi Sacræ Familiæ nostræ Cisterciensis, ejusdem Generalis absolutissima notæ, & Sac. Jndicis Congr. in Urbe Consultor, nunc Eminentissimus pro meritis S. R. E. Cardinalis, eā omnium de Virtutibus & meritis ejusdem æstimatione, ut nisi per Eminentissimos Collegas Electio summi Ecclesiæ Pastoris steteret & stare, omnium plane aliorum calculos & vota obtinisset, inclinatis non paucis etiam sumorū animis quibus cordi erat decantatissimum illud: Vox Populi, Vox DEI, &c. Marforio non metuente de Electoribus pronunciare;

Qui timent Dominum, facient BONA. opponente Pasquino: *Papa BONA, esset oratio incongrua.* Sed replicante Marforio. *Grammatica Leges plerumque Ecclesiæ spernit: Esset Papa bonus, si BONA Papa foret.* Sed melior Bono, Optimus Cardinalis, BONA solidiora in fundo Humilitatis semper collocavit, & uti purpureum pileum nunquam exambijt, ita inter sumē expavescenda, & fugienda sumum omnium in terris honorē censuit, ut à nemine minus quam ab ipso timeant ambitiosi, apud quem candor omni pupuræ prævaleat, & qui abjectus esse in Domo DEI longē præligat, quam habitare in Palatijs purpuratorū, sibi constans tamen, & similis semper Cardinalis verē Religiosus.

Et quanta Casinatis Congregationis hoc ipso anno & sequentibus usque hodie, haud minora maximis sydera vidimus? quadam ultra 77. sæculi hujus intuemur? Ill. mos & Rev. mos, Marinum Baduarium Patricium Venetum S. Gregorij Majoris ibidem professum, Episcopum Polanū, sive Pietatis Juliæ in Istria, sub Patriarcha Aquileiensi? Theodorum de Padua Professum S. Justinae Episcopum Arbensem, sub Archiepiscopo Jaderensi: Hippolytum de Mantua, Professum S. P. BENEDICTI de Padolyrone Episcopum de Petra-Honorij, vulgo Bertinoro? Julium Odescalcum Professum S. Petri Ingrassiate Episcopum Novariensem Sanctissimi Domini nostri Innocentij XI. moder-

Eminentissimus
S. R. E.
Cardinalis
Joannes
Bona.

Pasquinus
& Marforio.

Marinus
Episc. Polanus.

Theodorus
Arbensis.

Hippolytus
in Bertinoro.

Julius Novariensis.

Jacobus
Arps Cam-
psanus
Maurus
Vintimili-
ensis.
Alexander
S. Domini
Egidius
Carbogna-
nus.
Angelus
Archiepisc.
Rossan.
Scriptor.
Insigne
Elogium.
Germano
robore opus
Clauda-
nus
Matthæus
Ferdin. Ar-
chiepisc.
Pragensis.
Compendi-
um Vita.

ni Romani Pontificis fratrem germanum? Jacobū Lentium S. Pauli in urbe Professum ex Procuratore Generali Casinatam, Compfanū in Regno Neapolitano Archiepiscopum? Maurum Spinolam celeberrimæ familiæ virum ex Monacho S. Catharinæ de Janua Vintimiliensem sive Intimeliensem in Liguria Episcopum? Alexandrum Palavicinum S. Joannis Evangelistæ de Parma Monachum, Vici S. Domini Episcopum? Egidium Colonnam, Sublaci Professum Fel. mem. Urbani VIII. nec non Clementis X. consanguineum, Archiepiscopum de Carbognano? Ill. *num* & Rev. *num* Angelū de Nuce Sacri Montis Casini professum, ex Abbate ejusdē Archierij. Sanctissimi Patriarchæ & Patris Nostri B E N E D I C T I serum licet, sed verum & meritissimum successore, Soronum primo, inde Rossanensem in Calabria Archiepiscopum, cujus sanctæ verecundiæ parcimus, ægerrimè autem à meritis laudibus abstinemus, qui haud ita pridem Vitam S. P. N. B E N E D I C T I à Magno E. Doctore Gregorio scriptam edidit & Chronicon Casinense Leonis Ostiensis, quod utrumque doctissimis illustratum Notis, Clementi X. dedicavit. De hoc Angelo Angelici ingenij viro scripsit nobilis quidem Autor modernus: *Hum unum doctum se Romæ vidisse, ut testatur Virginus Aluifer de Privilegijs Regulariū lect. 4. dub. 29. quod elogium cum sit & rarum & fortè invidendum, facile judicare est, quantam Angelus existimationem apud omnes collegerit.*

Claudamus denique agmen Germano robore, ne sola Germania nostra, nihil ad B E N E D I C T U M R E D I V I V U M, ultimis hæc annis gloriæ contulisse videatur. Contulit secum ipse haud minimū, Reverendissimus & Celsissimus S. R. J. Princeps ac Dn. Dn. Matthæus Ferdinandus à Bilenberg Pragensis Archiepiscopus, Legatus natus, Regni Bohemæ Primas, Columen Ordinis & fulcrum firmissimum. Is ad magna natus, vix decem annos ætatis agens à parentibus avulsus, & ad studia missus ad Virtutes non minus, quàm illa gradus fecit, vigintique annorū Cænobiū ingressus, Tyrocinio exacto sacræ professus sub auspicijs & nomine Divi B E N E D I C T I militiam, decennio post Abbas S. Nicolai Veteris Pragæ creatus est,

majoræ Cænobij bono quàm suo, quod ita Suecicus furor paulo ante exhaustus, ut neque obolum, sed nec micā panis in toto Monasterio reperiret. Evicit difficultates omnes felici ingressu, eaque dexteritate consuluit rebus, ut merito secundi Fundatoris nomen retulerit. Inde ad S. Joannis sub Rupe Abbatiam translatus æque desolatā atque exhaustā, pari felicitate restituit, aliaque inter exhibita Monasterio beneficia, Templum ejusdē à fundamentis extruxit, reddidit annuos auxit, immortaliterque de eodem meruit. Ita ad tertiu etiam Cænobium S. Procopij planè derelictū evocatus, non sine speciali D E I gratia, hujus item alter conditor & Fundator extitit; ita ut trium horum Cænobiorū Abbatēs & Religiosi, omnē uni huic Præsuli suo debeant, post Deum Deiq; gratiam, suā felicitatē. Tum primum singulare illud Ordinis, tanto decursu seculorum sexcentis comprobatū exemplis se prodidit, cum uti pleriq; Germaniæ Episcopatus Eichstettenis, Frisingensis, Herbipolensis, Argentinen-sis, Paderbornensis, Bambergensis, Werden-sis, Os-naburgensis, alijque plurimi, è Benedictino Ordine primos suos, & præstantissimos quidem, meruerit Episcopos, ita & novus Reginogracien-sis (Königsgrätz) Pontificatus, in Matthæo Ferdinando nostro, fundaretur, initiaretur & benediceretur. Evicit & hic difficultates plurimas, Generosissimus in ardua omniā Spiritus, decennio toto, quo præfuit, & frui denique suorum laborum fructu sperans, ad labores longè majores abreptus, nulla prorsus honoris ambitione, ad supremum Archiepiscopalis & Primatus Regni dignitatis culmen evectus est. Expavit ad insperatum nuncium Præsul optumus, & neglectis tot ambien-tium Votis, nil minus cogitantem se omnibus præferri, solius Numinis factum voluntate agnosceus, huic uni, in suis ad me prolixè exaratis merito tribuit: *Quis sicut Dominus DEUS noster. inquit, qui in Altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? Dextera Domini fecit Virtutem, dextera Domini exaltavit me. Audi Benedictinum se prodegenē Spiritum: Ego, pergit, de meis meritis nil scio, sed D E I in me mirabilem providentiam benedico, & exoro Bonitatem Divinam, ne desit suā Gratiā, insufficientiā meam*

Ubi v. p.
sine meri-
tu.

Primus
ginogra-
ensis Episc.

Et Archi-
pisc. Pra-
gensis &
Primus
Bohemæ.

Ipsa agnos-
centis Dei
gratiam
verba.

meam adjuvet, debilitatem roboret, infirmum quod est consolidet, ut dignè & competenter adimpleam Ministerium ad quod assumptus sum, &c. Certè verendum Angelorum humeris tanti Sacerdotij munus & onus potius attendens, quàm honorem, à dulci a vocatum requie, ad curas innumeras, labores & sudores, prudenter & religiosè questus, in hæc denique erumpit: *Ego me DEO devoveo; sub umbra alarum illius sperabo, & cum Decimus huc usq; numerus fuerit mutationis meae index (patet ex superioribus, consumpsitque etiã annos decem à suprema Regni Bohemiæ Quæstura) ideo post decem Requiem æternam sperabo, &c.* Ita pro sua animi demissione Princeps non minus animo quàm honore Celsissimus idemque humilissimus. Fuit ipsius Pragã introductio solemnissima prorsus & magnificentissima, de qua edoctus Cæsar, ad nonneminem ex Intimis hæc ipsa: *Verè dignius DEI hic est, quod tot Archiepiscopis non factum, & huic reservatum fuit, &c.* Celebrantur mirificè sancti conatus tanti Archipræsulis, & Cleri inprimis reformandi ferventissimum studium, nec dubium ejus actiones observanti, infortale ab ipso, Toti Bohemiæ Regno, reliquendum Gloriæ & meritorum incomparabilium, juxta nomen suum & professionis sanctitatè monumentum. Curat, alia inter, sacrã & Ecclesiasticã Regni Bohemici componi, & prolixius describi Historiam, nec minus quam antea rerũ Monasticarum satagit, ex cuius & litteris & factis omnibus, solidè Benedictinus se prodit Spiritus, piè ac sollicitè Patrum nostrorum æmulus, qui Cathedras Pontificales Germaniæ omnes egregijs demeruerit immortaliter meritis, consecrarunt Vitæ sanctitate.

Ita claudere constituimus, sed quia typi dilatio ad octuagesimũ usque annum nonnullos interea, laudum suarũ impatientissimos, patientiores injuriarum, Archiparenti suo in coelis adjunxit, pauca sparsim collecta superioribus etiam annis subnectamus.

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. LXV.
Sancti Patris Benedicti. M. C. LXXXV.

Julius Odescaus. **E**ffulget singulare Ordinis nostri sydus, & ornamentum, eoque magis observandum & celebrandum, quo propiore etiam sanguinis relatio-

ne summo Christiani Orbis culmini contiguum, Julius nimirum Odescaus SS. Domini Nostri, & communis Ecclesiæ pastoris Innocentij eo nomine undecimi frater germanus, *BENEDICTI* autem Patris in suis filijs tanto Patre, ut illo fratre dignissimus, in quo primus, pro quo tot votis quotidiè *DEUM* Mexoramus, excitatus est Spiritus: Hic in Monasterio S. Petri Ingefsati Mediolanensi Congregationis Cassignensis, Monachum professus, professionis suæ seriò expensã obligatione, Vota sua Domino reddere, tantopere cordi habuit, ut vel tantillum torporis sive remissionis admittere, quàm pernitiosissimum, indignissimumq; æstimaret, adeoque ad amussim Sanctissimæ Regulæ obedientiã suam, paupertatem, & castitatè Angelica etiam puritate metiretur, cætera quoque præcepta Regulæ, tanquam revera Divini Spiritus dictata summa veneratione & devotione exciperet, maximaque cum animi consolatione explere in horas & momenta singula satageret; inde assuetus, ut quæ alijs tædiosa, & difficilia viderentur, ipse summa cum voluptate exerceret, & *DEO* sanctissimòque parenti suo per omnia placere gestiens magnis à Numine favoribus & gratijs cumularus, ad sublimiora quotidie conscenderet, cœlòq; ac cœlitibus se commendaret, atque inde Sanctorum illustratis splendoribus exemplo alijs esset, summa juxta animi præditus demissione, ita ut omnibus vilior se crederet, & contemptu dignissimum existimaret. Fuit in Choro assiduus, contemplationis studio totus in *DEUM* abreptus, Otij hostis juratissimus, sacri silentij observantissimus, temperantiæ observatissimus, carnis propria: osoracerrimus, & quanto magis omnis expers ambitionis, tanto dignior omni promotione habitus, invitus admodum Monasterio extractus est, & Novariensis in Insurbria creatus Episcopus, longè altiore promotione dignissimus, in ista protinus ita se habuit, ut admirationi & venerationi omnibus esset, perfectè in se exprimens, quæcunque in Episcopo Apostolus desiderasset, imò ipse Apostolum agens verè à Deo missum Novariensium pastorem, exemplo non minus quàm verbo universos non tã perdentem quàm rapientem, ita ut Nova-

Frater S.
D. N. Innocentij XI.